

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Dominica VI post sancti angeli: Lesung aus dem Evangelium nach Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

aeternum. si renascendo signetur. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe. & mirati in responsis eius tacuerunt. Quicredere debuerant ad tantam sapientiam. mirati sunt quod calliditas eorum insidiandi non inuenisset locum.

**DOM VI. POST SCI
ANCELI.**

LIC SCI IUA SIC MAIH.

In illo temp. loquente ihu ad turbas. ecce princeps unus accessit. & adorabat eum dicens. Dne filia mea modo defuncta est. & reliq

**LXXVI SERMO VENERABILIS BE
DAE PRBI. SECUM IUA
LUCAE. DE IADIM LECTI
ONE.**



ecce uir uenit cui nomen erat iairus. & ipse princeps sinagoge erat. Priori lectioni qua de abiectioe

sinagoge. fideq ecclesiae. atq iterum instauratione sinagoge. sumus interpretati. consequenter archisynagogi filia moriens subiungitur.

Quandam suscitare properat dñs. preoccupat emorosa mulier praeripit sanitatem. Fitq ut post ueniens prior salute potiatur. Ethiopia enim praeuient manus eius dñi. Et cum intrauerit plenitudo gentium. tunc omnis israhel saluus fiet.

Princeps itaq sina gogae. nullus melius quam ipse moyses intellegitur. Unde bene iairus idest inluminans siue inluminatus uocatur. Quia qui accipit uerba uitae dare nobis. & per haec ceteros inluminat. & ipse aspu sco quo uitalia monita scribere uel docere possit inluminatur.

Et cecidit ad pedes ihu. rogans eum ut intraret in domum eius.

Sic apud xpi ds. pedes eius consequenter incarnatio. qua terram nostrae mortalitatis tetigit accipiendi sunt.

Cecidit igitur archisynagogus ad pedes ihu. qui legis lator cum tota patrum progeme. xpm in carne apparentem. longe sibi dignitatis gloria preferendum esse cognouit.

Illud apostoli sedula deuotione protestans. quia quod infirmum est di. fortius est